

b.142988/8 L.159538/16

I A C. S I M A N C Æ  
P A C E N S I S  
E P I S C O P I ,

D E D I G N I T A T E  
E P I S C O P O R V M  
Summarium.



A N T V E R P I A E  
Ex officina Christophori Plantini,  
Architypographi Regij.  
M. D. LXXV.

D E D I G N I T A T E  
E P I S C O P O R V M .

E P I S C O P O R V M D I G N I T A S  
non est inuentionis humanæ, sed insti-  
tutionis diuinæ. Cap. 1.

**P**AULVS apostolus apud Lu-  
cam euangelistam, Attēdite(in-  
quit) vobis, & vniuerso gregi, in  
quo vos Spiritus sanctus posuit  
episcopos, regere ecclesiam Dei,  
quam acquisiuit sanguine suo. Act. 20.

Sanctus Ignatius epist. 3. Episcopus non  
ab homine, sed à Deo habet promotionem.

Anacletus Papa martyre epist. 3. Sacerdo-  
tum ordo bipartitus est, sicut Dominus il-  
lum instituit, episcoporum & presbyterorum.

Diuus Iacobus ab ipso Domino ordina-  
tus fuit in episcopum , vt Clemens lib. pri-  
mo recognitionum est auctor.


Sanctus Augustinus lib. de quæstionibus  
veteris & noui testamēti, ait Christum Do-  
minum priusquam in cēlos ascenderet, ele-  
uatis manibus apostolos benedixisse , eos-  
que episcopos instituisse.

Denique concilium Tridentinum decla-  
rat, episcopos à Christo, & Spiritu sancto in-  
stitutos esse, atque ab ipso potestatem habe-  
re; sess. 23. can. 6.

## APPROBATIO.

HOC de Episcoporū dignitate summarium  
à Reuerendissimo D. Iacobo Simanca Pacensi  
Episcopo diligenter ac doctissimè exceptum  
& subductum, piorum omnium lectione dignum  
censemus, & ad ecclesiasticam auctoritatē asse-  
rendam valde opportunū iudicamus; testamur q̄  
nihil habere quod quemquā piè de catholicā ve-  
ritate sentientem offendere possit. Datum Ant-  
uerpiæ pridie festi S. Michaelis, 1574.

Ben. Arias Montanus.



Hoc de Episcoporum dignitate opuscu-  
lum hac tempestate utilissimum est, & ut  
imprimatur & ab omnibus legatur, dignis-  
simum: in eo, quod sanctæ Catholicae Ro-  
manæ ecclesiæ religionem vel bonos mores  
offendat, nihil continetur.

Ita est, Henricus Zibetius Dunghen, Can-  
onicus Antwerpensis, S.T. Doct.